PAVLVS PRESBYTER PANNONIVS.

PAulus presbyter natiõe fuit Pãnonius, q̃ nũc Auſtria & Vngaria dicit̃, atq; tũ à Germanis incolebatur. Erat is uir in ſacris literis exponẽdis eximius, atq; omni genere eruditionis optime inſtructus. propterea Chriſtianam fidem contra irrepentes hęreſes fortiter defendit, atq; magno zelo in ijs locis Chriſtum prędicauit. hinc factum, ut multi Barbarorum Hunni, Gothi, & Auares eius prædicatione ad Chriſtum conuerſi fuerint. idq; anno Chriſti 430. dum Theodoſius iunior Romanum regnum adminiſtraret. Scripſit etiã aliquos bros. extãt enim etiamnum ad Conſtantiam uirginem duo libri de Virginitate et cõtemptu mundi, cum alijs. Trit. in ſcript.